Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



BB HOS

continuehant fierent. Scimus enim
quia dicit. Mihi uindictam et ego
retribuam dicit dominus. Et iterum
iudicabit dominus plebem suam.
Horrendum est incidere in manus di
uinentis. Rememoramini autem pristinos
dies in quibus illuminati magnum
certamen sustinuistis passionum tum
alterio quidem obprobriis et tribulati
onibus spectaculum facti. in alio autem
socii taliter conuersantium effecti estis
Nam et uinctis compassi estis et rapi
nam bonorum uestrorum cum gaudio su
scepistis cognoscentes nos habere me
liorem et manentem substantiam
uestis. Nolite itaque amittere confi
dentiam uestram. que magnam hab
remunerationem. Patientia autem nobis
necessaria est. ut uoluntatem dei fac
ientes. reportetis promissionem. adhuc
enim modicum aliquantulum qui uenturus
est uenet et non tardabit. Iustus
autem meus ex fide uiuit. Quod si sub
traxerit se non placebit anime mee
Nos autem non sumus subtractionis filii
in perditionem sed fidei in acquisitionem
animae.

Est autem fides sub
stantia sperandarum rerum argumentum non apa
rentium. In hac enim testimonium conse
cuti sunt seniores. fide intelligimus
aptata esse secula uerbo dei. ut ex in
uisibilibus uisibilia fierent. fide pli
ram hostiam abel quam cayn op
tulit deo per quam testimonium est con
secutus esse iustus testimonium phi
bente muneribus eius deo. et per illam
defunctus adhuc loquitur. Fide enoch
translatus est ne uideret mortem et
non inuenebatur quia transtulit eum
deus. Ante translationem enim testimonium
habuit placuisse deo. Sine fide autem
impossibile est quemquam hominem place
deo. Credere enim oportet accedentem
ad deum quia est et inquirentibus se
remunerator sit. fide noe responso accep
to de his que adhuc non uidebantur
metuens aptauit archam in salute
domus suae. per quam dampnauit mun
dum et iustitiae que est per fidem heres
est institutus. Fide qui uocatur abra
ham obediuit in locum exire. quem
acceptturus erat in hereditatem et ex
iit nesciens quo iret. Fide demoratus
est in terra promissionis tamquam in a
liena in tabernaculis habitando cum ysaac
et iacob coheredibus repromissionis
eiusdem. Exspectabat enim fundamen
ta habentem ciuitatem. cuius artifex et
conditor est deus. Fide etiam ipsa
sara sterilis uirtutem inconcepcionis
seminis accepit etiam preter tempo
ris aetatis quoniam fidelem credidit esse
eum qui repromiserat. Propter quod
et ab uno orti sunt et hoc emortuo
tamquam sidera celi in multitudinem
et sicut harena que est ad oram ma
ris innumerabilis. Iuxta fidem omnes
isti defuncti sunt non acceptis repromis
sionibus. sed alonge eas respicientes
et salutantes et confitentes quia
peregrini et hospites sunt super terram
Qui enim hec dicunt significant se
patriam inquirere. Et siquidem